



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold  
Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Legato Romani Pontificis. Tit. 3

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

## TITULUS III.

De Legato Romani Pontificis.

## SUMMARI A.

1. Legatus Pontificius an commissam.
2. Qualia.
3. An non vacantia Colla-
4. An extra provinciam
5. An non sunt Beneficia-
6. Quae sunt illa.
7. Conferunt Legati al-
8. Ut & Pontifex.

**Q**uamvis Romanus Pontifex, ut supra diximus, in Beneficio rum collatione concurrit cum omnibus Ordinariis, Legatus tamen Ipsius in Provincia sibi commissa, non utitur eodem jure, nisi sit Cardinalis. Nam si Pontifice collegio Cardinalium aliquem sibi legaverit, (qui vulgo dicitur Legatus à latere) potest beneficia conferre, c. I. de offic. Legati, in 6. Idem Jure Ordinario, hoc est, jure Legionis, non in genere, sed in specie, id est, jure talis Legionis à latere. Aliis enim Legatis Beneficia conferendi potestas non competit: Nisi specialiter Eis fuerit mandata. *Gloss. in d. c. I.*

**2** In tantum dicta procedunt, ut Legatus à latere etiam possit conferre beneficia ad Patroni Ecclesiastici, presentationem pertinentia: dilectus. de off. Legati. c. cum dilectus. de jure patron. Roch. de jure patr. verb. honorif. num. 4. & II. Paul. de Citadin. eod. tract. 7. part. num. 3. etiam nullā mentione aut derogatione Juris patronatus facta. d. c. non dilectus. Felin. in tract. quando litera Apostolica. limit. 3. Covarr. tract. quest. cap. 36. num. 2. Garc. d. tract. part. 5. cap. 1. num. 17. & 18.

Coryi  
De Pers  
er Benefic

G

52

Item Exempta; *Gambur.* de offic. & potest. Legati. lib. 3. num. 94.  
ad collationem Exemptorum spectantia: *Cosmas an pragmat. sanct. tit.*  
*de collation. s. item circa. verb. Legatorum. Selva tract. de Beneficio. part. 3.*  
*seqq. 66.* Ea quorū collatio ad Summum Pontificem devoluta: *c.*  
*pri. de prabend. Gloss. fin. in d. c. 1. de offic. Legati in 6. & in Clem. Si de*  
*Beneficio. verb. sive ad nos. de prabend. in fin. & ibid. Archidiacon. Domi-*  
*nic. Franc. Cardinal. Imola. Bonifac.*

Potest etiam Beneficia nondum vacantia reservare collationi sua  
in favorem certarum personarum, ita ut securā inde vacatione Ordina-  
tus ea conferre non possit. *c. præsentि. de offic. Legati in 6. Corras. tract.*  
*de benefic. 2. part. cap. 3. num. 4. Aeneas de Falcon. de reservation. 2. part.*  
*Gambur. de potest. Legati in reservando.* Licet non possit Jus in vacatu-  
ntribuere. *c. 1. de prabend. in 6. Corras. d. loco. Zechus. de benefic. & pen-*  
*sion. Ecclesiast. cap. 2. Duar. de benef. lib. 3. cap. 3.* Ratio cur hoc non pos-  
sit illud verò possit, est; quod reservatio ei, in cuius favorem facta est,  
nullum tribuat jus, nec impedit, quo minus alteri beneficium Legatus  
conferre possit. *Dartis d. sect. cap. 4.*

Potest ista Legatus facere etiam existens extra provinciam sibi 4  
communissam. *Gloss. in c. nemo. de offic. Legati. Archidiacon. in c. fin. cod. in*  
*6. Benef. in Clem. 2. de offic. Ordin. seu 1. de offic. Legati. num. 24. & 25.*  
*Selva. d. part. 3. qu. 63. num. 1. Garc. d. part. & cap. num. 39.*

Et ex iis patet Legatum de Latere in sua provincia concurrere cum  
quilibet Ordinario, & inter eos esse præventioni locum. *c. si à Sede Apo-*  
*polica. de prabend. in 6. & ibi Gloss. 1. & Gloss. fin. in c. 1. de offic. Legati. in*  
*6. ibi Franc. num. 8. & alii. etiam in mensibus Ordinariis concessis.*  
*Gonzales de exspectativa. num. 16. Gambur. d. tract. lib. 3. Zerola in pra-*  
*Episcop. 1. part. verb. Derogatio. Garc. d. loco. num. 40. cum seqq.*

Sunt tamen Beneficia quædam, in qua Legatus, quamvis de Late- 5  
re, Jus habet nullum.

Cujusmodi sunt: 1. Ecclesiæ Cathedrales, vel Regulares, aut 6  
Collegatae, seu ipsarum Cathedralium Dignitates majores post Pontifi-  
calium electivæ: *c. deliberatione. de offic. Legati. in 6. Gloss. fin. in d. c. 1.*  
*Corras. d. c. 3. num. 30.* 2. Beneficia reservata; *d. Gloss. fin. in d. c. 1.*  
*Pontifici; c. quod translationem. cod. Gonzalez. ad reg. mensum. Cancell.*

[1]

Gloss.

nus  
omnis  
Ecclesiast.

I V.

Gloss. 24. num. 21. sive generaliter, sive specialiter; licet ipsi concilium facultas conferendi beneficia qualitercumque vacantia: Rota decr. 9. de officio Legati in novis & in addit. Capella Tholosana. decr. 435. § 10. Ausfrer. Aeneas de Falcon. d. tr. de reservat. 4. quest. princip. effectu. 3. Beneficia litigiosa: ext. 1. & 2. ut lite pend. nihil innov. Lancellatus atteniat. 2. part. in prefat. num. 617. Rotadecr. 198. lib. 3. part. 3. transfor. 4. Beneficia Juris Patronatus Laicorum; pure: Gloss in Clem. per literas, de probend. verb. Apostolica. Felin. in tract. quando litera apostolica. Probus ad Monach. in d. c. 1. de offic. Legati. in 6. num. 16. Rochus de Jure patron. verb. honorificum. num. 8. Paul. de Citadinis. eod. tract. part. num. 16. Lambert. eod. 3. par. 2. lib. qu. 8. art. 1. & 2. aut minor. Abb. in c. fin. de jure patron. c. dilectus. de offic. Leg. Felin. inc. malorum. num. 3. de Judaeis. Rochus d. tr. verb. Jus num. 15. Lambert. d. qu. 8. m. 4. & qu. 9. num. 2. 8. & alii quos alleg. Gare. d. loc. num. 67. Nisi finitale ex privilegii aut præscriptione. Abb. in d. c. dilectus. in fin. Cardinal. Clem. per literas. 3. qu. Felin. in d. tract. quando litera apostolica. limitata. Stapil. de literis gratiae tit. de modo & forma imperat. § 4. princip. num. 5. Prob. ad Monach. d. loco. num. 16. Roch. d. verb. honorificum. num. 16. Gare. d. loc. num. 72. Nisi per negligentiam Laicorum ad inspectum sint devoluta: Selva de benef. 2. parte qu. 3. num. 41. & coll. 1. Nec Beneficia vacantia in Curia, nisi specialiter & expresse id est fieri cessum. c. 2. de probend. in 6. & ibi Dd. Gigas. consl. 7. num. 6. & coll. 10. num. 2.

7 Conferunt Legati. Beneficia auctoritate Apostolica, nec enim sunt, ut quidam volunt. Decius consl. 128. Villad. quest. Gigas de pension. qu. 6. num. 1. 8. & 21. Gambar. de offic. & potest. Legati. lib. 3. num. 31. fac. c. 2. de offic. Legati in 6. Ordinarii Collatores sec. Gloss. in Clem. 2. de offic. Ordin. in verb. volumus. & ibi Abbas: num. 4. dicens; quod licet potestas Legatorum respectu Jurisdictionis, sit ordinaria; in d. c. & c. si quis contra. num. 4. de foro competente, tamen respectu Collatoris Beneficiorum est extraordinaria. Decris. d. cap. in fin. Quia conrendi potestas non venit ex proprio officio Legationis; Ideoque Legati non Cardinales hanc potestatem non habent: ut d. c. 2. sequuntur. Sella. d. tract. 2. part. num. 34. & 3. part. qu. 66. num. 4. Prob. ad Monach. in

# Coryi De Pers et Benefic.

G

B. Z.

fin. de constitut. num. 39. & in d. c. 2. de offic. Legati alii, Diff. Garc. cum  
aliis d. loco. num. 4. & 8.

Nisi ea ipsis specialiter sit indulta; d. c. litteras. de supplend. negl.  
Prelat. d. c. 1. de offic. Legati. in 6. aut sint in iis cum potestate seu autho-  
ritate Legati de Laterice. Decius conf. 128, Villad. d. tract. de off. Legato.  
qu. 9. num. 2. Gigas d. tract. qu. 6. num. 19. Zechus de Republ. Eccles. cap.  
de fuit Legati, subnum. 4. vers. 5. Mandos. reg. 13. Cancell. qu. 6. num.  
4. Garc. d. part. 5. cap. 3. in princ.

Ut Beneficiorum Collatio Legatis non competit, nisi extra ordi- 8  
nem, itanec Ipsi Pontifici: Dartis d. loc. & Duaren. d. lib. cap. 4. in princ.  
Quamvis Interpretes vulgo dicant Eum esse Ordinariorum Ordinarium.

Nec refert quod Glossa in c. quanquam. verb. devolvatur. de elect.  
in 6. dicat, de antiquo jure & Ecclesiae dispositione potestatem confe-  
rendi Episcopatus, ad Romanum Pontificem pertinere, conferendi ve-  
to inferiores Ecclesias ad Episcopos; citat can. 1. dist. 22. Responde-  
mus duplicitate: Primo; Institutionem Ecclesiarum processisse hoc  
modo. Cathedra primum Episcopalis fuit collata Romae: teste Opta-  
to Milevitano lib. 2. de Schismate Donatistar. Deinde cum ceteri Apo-  
stoli in aliis sedissent Civitatibus haec quoque facta sunt Episcopales:  
Quas Ecclesias Matrices & Originales fidei appellat Tertullianus in lib.  
de prescript. ad vers. Haretic. Institutionem Patriarchatum, Primatum,  
Archiepiscopatum, exegit postea disciplinæ conservatio: ut scribit Leo  
piss. ad Anastas. Thessalon. & nos diximus supra: & pro locorum &  
Urbium ratione instituta sunt in Ecclesia secundum divisionem politi-  
cam. can. provincia. dist. 99. Secundò respondemus haec quidem spe-  
ciale institutionem, non Collationem. De qua nos hic agimus & di-  
cimus eam factam fusse modò supra, d. titulo hujus libri primo, dicto.  
Vid. tu. De Legat. Apostol. in tract. nostro de Person. Ecclesiast.

nus  
omnis  
Ecclesiast.

IV.